



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1230. Usque Ad Annum 1248

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1764

VD18 90118049

Præfatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66268](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66268)



PRÆFATIO.

Celeberrimi scriptoris Clau-
dii Fleurii Historiam Ec-
clesiasticam ab A. R. P.
Brunone Parode piæ memoriæ
hunc ad tomum usque latinum
in sermonem translata[m] eidem
porro linguæ tradere jussus, labori
) 3 manum

PRÆFATIO.

manum quantumvis imparem ad-
movere, quam dicto non audiens
videri malui. Parum emunctæ
naris hominem me alii, alii nimis
solicite ad calculos omnia revo-
casse censebunt. Ego hæc judi-
cia neutiquam moror. Verborum
puritas claritasque ac brevitatis ita
mihi curæ fuit, ut vocibus græcis
aut minus latinis (præsertim cum
res eadem nuncupandæ crebro
redirent) uterer, quoties probio-
res sine notionum obscuritate vel
putida circuitione adhibere haud
poteram. Paucis: medium tene-
re studui. Deflexisse me, Lector,
vides? Saltem conatum proba!
Antecessoris mei vestigiis insisten-
di gratia notas (ut in præmissa
Dissertatione feci) addidissim,
nisi mutatis consilii rationibus mu-
tandum

PRÆFATIO.

tandum fuisset consilium. Nempe A catholici a sæculo XIII exempla nulla capiunt: & ille, qui Fleurium germanice sed non germana fide reddidit, cum ne nonum quidem sæculum complevisset, calamum ponere maluit, quam vel a corrumpendo Authoris sensu & ab addendis crisibus iniquis abstinere, vel ob malitiosas fallacias suas justis reprehensionibus vapulare: certe, siquid interea typis vulgasset, id se accepturum fuisse D. Bibliopola asseruit. Ne vero nostram in ætatem excurrens notis supervacaneis augerem opus aliunde longissimum, ii, quorum nutus veneror, me monebant. Equidem opponi plurima Fleurio, sed nec paucis absolvi nec multis possunt: pauca non sufficiunt:

) (4 multa

PRÆFATIO.

multa non capit æquum notarum
spatium. Illius crisi immode-
ratio cum feriat oculos, latere ne-
quit. Agnosce me purgatum be-
nigne Lector! sin minus, ignosce!
Forfan ea, quæ Tomus hic conti-
net, obiter præscire placet? Ejus
conspectum, quem proximæ da-
bunt paginae, consulas, precor. In-
super ea summatim præfari me vis?
Dixi: brevitatem amo: amo illud
axioma philosophicum: Frustra fit
pluribus, quod paucioribus fieri
potest. Tu, si eadem bis legere
cupis, mox sequentia trium tomi
librorum summaria bis inspice,
& vale!



CON-